

hic fuit sigillu pauli sermone pica ut dr ipse in H.º de bono. publi.  
ut. n. 46.

# AEGIDIII BOSSII PATRICII MEDIOLANENSIS,

Iureconfulti clariss. Caesareiq; Senatoris,

TRACTATUS VARI, QUI OMNEM FERRE CRIMINA-  
lem materiam excellenti doctrina complectuntur, & in quibus plurima ad Fiscum,  
& ad Principes autoritatem, ac potestatem, necnon ad uestigalium con-  
ductiones, remissionesq; pensionum pertinentia diligentissime ex-  
plicantur. Opus utilissimum, & ius dicentibus, ac cau-  
sarum patronis maxime necessarium.

de isto dr micel/ae  
maioratibz. q. p. q.  
17. n. ii. q  
in criminalibz  
maximam apud se  
habet authoritat.

Vna cum Indice rerum, uerborum, & sententiarum mirabiliu copiosissimo.

Tractatus omnes sequens indicabit pagella.

Secunda AEDITIO diligenti cura a quampluribus mendis repurgata.



Bibli


Venetis, Apud Franciscum Senensam.  
Coll. Soc. IESV Salu. ex d. Onic. P. t. g. h. i. j.

# ANTONIVS PERENOTVS

EPISCOPVS ATREBATENSIS

Francisco Bossio Iurecon-

sulto S. P. D.



**E**VI mihi in patrem tuum foelicis memoriae, ea uoluntas, & animi affectio, ut res eius omnes, statum, & fortunas, desiderarem quam foelicissime succedere, ac optimo loco esse, tum uirtutis, ac honoris eius causa, tum quia, quae constans memoria superest, quod cum talem arbitrarer, qualis omnium existimatione habebatur. Virum eruditissimum, & iurisprudentiae consultissimum. Neque aliter de te existimo, quia fortes nascuntur ex fortibus, heredem te tam uirtutum, ac laudis paternae fore, quam eruditionis, ac singularis studij, ut Reipublicae, ac statui uestro, utilitati ac bono futurus sis: quod in partem eloquentes, & eruditionis indices literae tuae testantur, tuam expectatio multorum, paria paternis monumentis fore, quae in eo studij genere meditaris. Itaque quod mihi fuit beneuolentiae erga patrem tuum, & eos qui ueris uirtutibus sic commerentur, idem cupio à me expectes quantum ex occasione, & equa conditione potero, adiuturum me quaecumque ex tuo commodo esse arbitrabor. Quae uero habes paterni ingenij monumenta, de quibus multorum relatu mihi constat esse talia, ut praeter publicae utilitatis detrimentum, non debeant celari, & ea, & si quid simile ipse sub manibus habes, me uolente & hortante feceris, si in publicum emitti cures: quia & famam familiae uestrae honesto modo uendicabis, & publicae utilitati profueris, & ingenij uires exerces, ut te plures sciant dignum qui rebus gerendis admouearis, in quo & alijs rebus tuis, si quid te potero adiuuare, faciam ne frustra meam operam uidearis desiderasse, cui cupio salutem.



# AEGIDIII BOSSII

PATRITII MEDIOLANENSIS,

IURECONSULTI CLARISSIMI,

CAESAREIQVE SENATORIS.

Tractatus uarij ad criminales causas, & ad fiscum, Principisq; auctoritatem ac potestatem, necnon ad uectigalium conductiones remissionesq; pensionum pertinentes.

## TIT. DE DELICTO.

### S V M M A E.

- 1 Delictum fuisse commissum in primis constare debet.
- 2 Visitatio fieri solet per Curiam, & mittitur Notarius, qui mortuum uideat, & uulnera describat.
- 3 Delictum dolo & scelere commissum in primis constare debet, antequam procedi possit.
- 4 Qualitas facti constare debet sicut factum.
- 5 Venenum & per os datum, & in corpore contractum mortem affert.
- 6 Veneni dati signa.
- 7 Medici iudicio standum est, an ex ueneno dato, an in corpore contracto quis sit mortuus?
- 8 Mortuus post ebibitam aquam uenenatam, quando dicatur ex illa decessisse.
- 9 Delictum dupliciter consideratur in datione ueneni.
- 10 Mors quae delictum sapit tribus ex causis consideratur.
- 11 Constare dicitur etiam per praesumptiuam probationem.
- 12 Probatio à communiter accidentibus est concludens & legalis.
- 13 Probatio semiplena interdum plena dicitur.
- 14 Delictum constare debet ante inquisitionem necdum ante torturam.
- 15 Confessio delicti sola, non constituto de delicto, non sufficit ad condemnandum.
- 16 Confessio delicti sufficit ut procedi possit, quando de delicto constat saltem per indicium.
- 17 Gandium maxime auctoritatis, & Princeps existimatur in criminalibus.
- 18 Delictum constare debet, uel per testes, uel per indicium, aut rei euidentiam.
- 19 Confessio delicti quod signum non dimittit, sufficit ad poenam ordinariam ubi praecessit indicium delicti & delinquentis.
- 20 Furtum per coniecturas probatur ubi agitur civiliter.
- 21 Querela damnum passi sufficit ut procedatur in furto.
- 22 Furti criminaliter procedi non potest, ubi non appareat quod furtum saltem in genere sit factum.
- 23 Iustus peccamus absoluendo, quam condemnando.
- 24 Iudex debet mittere collateralem ad uiscenda uulnera.

festè, quo tempore ducentos viros & ultra interfecit fulgur in uigilia sancti Petri, anno M. D. xxii. in castro portæ Iouis Mediolani unâ cum duobus præfectis Arcium. debet igitur constare de qualitate mortis, **14** quia non dicitur t̄ constare de facto, nisi etiam constet de qualitate facti. l. si per alium §. docere. ff. ne quis cum qui. prope rea dicebam aliquando in causa in qua maritus dedisse uenenum uxori arguebatur, & Medici fecerant iudicium, iuxta ea. proposuisti. de proba. & asseruerant eam mortuam esse ex dolore cordis, qui potuerat oriri ex diuersis causis & etiam ex ueneno, quod non poterat procedi, quia non constabat de delicto, nec eam scelere interemptam ad quod magis adducebar, **15** quia Medici t̄ etiam non affirmabant, an ex ueneno dato, an in corpore ex humorum malitia contracto decessisset, prout sæpe contingit maximè in mulieribus ex retentione menstruorum, & consequenter probatio delicti erat plusquam debilis, imò si iudicassent quòd ex materia uenena decessisset: non expresso an ueneno introducto, uel intus genito accidisset, adhuc nihil fuisset, quia infinitis uicibus gignitur uenenum in corporibus humanis, ex quo moriuntur homines absque eo quòd bibatur uenenum, & eo in casu etiã apparent signa quæ solet ostendere mortuus ex ueneno dato, interroga medicos expertos atque ita comperies, quapropter quando casus occurrit, quia in mortuo apparent talia signa t̄ medici non possunt firmare iudicium suum, quòd decesserit ex ueneno immisso, nisi aliquo alio extrinsecus apparente, puta, quando post assumptionem pharmaci, uel cibi immediate incidisset in maximam mutationem status sui denotentem ueneticium, Tunc possunt iudicare fuisse uenenum introductum, nõ per se ortum, ex quo uenenum natum non tam repente operatur, sicuti uenenum datum, & ex quo illa medicina, siue cibus ille non potuisset producere tale accidens, **17** & in his standum t̄ est Medicis, uti peritis in arte: d. c. proposuisti. & l. semel C. de remilit. li. xii. & notat Bar. in proposito in l. si. ff. de sica. & in specie Alex. in cõl. 116. uol. 3. ibi addit quòd etiam si quis fateatur dedisse portionem uenenatam alicui qui de-

**18** inde decesserit exprimatõs naturam t̄ positionis, & quantitatem, & Medici attesterentur non potuisse istum ex huiusmodi ueneno decedere: Tunc ipse uti erroneè, confessus non poterit damnari. & loquitur Alex. in casu in quo conatus non sufficit nisi sequatur effectus, quia aliter male loqueretur, si etiam non ita Medici attestarentur, & confessio inquisiti esset, quòd dedisset uenenum ei qui propterea decessisset, non posset fieri fundamentum super confessione, quo ad iudicium quod faciat de morte ob uenenum sequuta: quia ad eum non spectat hoc modo iudicare, sed solum an uenenum dederit. Ita innuit Alex. ibi & expressè Hippol. in l. 1. §. præterea. col. penul. uers. & in quantum. ff. de sica. Casus tamen iste si contingeret esset admodum periculosus & nollem quòd in eum amicus meus incideret, ubi uel nõ adesset iudicium Medicorum, uel si adesset diffiteretur, quin potuisset mori ex ueneno bibito, & ubi ille incontinenti uel paulò postea decessisset iuxta ea quæ dicam infra de uulnerato, qui infra modicum tēporis spatium moritur, quia regula est in iure, quòd præsumitur mortuus ex uulnere ut latè infra in tit. de homicid. ad fin. ubi uide. nec Alex. ubi supra uoluit aliter loqui, si bene uides. Hipp. uerò loquitur nimis lato ore, Et quia Medici qui interuenerant magna cum difficultate uerè iudicant, Tu quæras intelligere factum, pro ut se habuit, & non solum signa corporis, sed etiam an post assumptionem medicinæ, uel cibi sequuta sint, indicia & uestigia ueneni, & quibus ex rebus esset compositum medicamentum, qualisq; cibus ei datus fuerit: nam circumstantiæ perducunt nos ad cognitionem ueritatis. c. occidit. 23. quæ st. ult. & suppresso nomine personæ su spectæ, & casus, scilicet is ueritatem ab aliis medicis. Et quia in hac materia delictum t̄ potest considerari dupliciter, Vno modo quando requiritur, ut mors sequuta fuerit, alio modo quando sufficit, quem dedisse uenenum: ut occideret iuxta latè tradita per me infra in tit. de homicid.

In primo casu præsumptiua semper est probatio delicti. patet, quia cum pendeat ex iudicio medicorum, qui concludenter non deponunt, sed de crudelitate: ut not.

hi aliquando non sunt fideles, ueritas colligitur ex coniecturis, id est, ex eo quod factum est in annis antecedentibus, & ita per hanc uerisimilitudinem deuenitur in cognitionem. Non tamen est hæc concludens probatio redditus præsentis anni, ut not. Iacob. de Aret. in l. si fundum. C. de rei uendic. & Bald. in l. i. col. fin. C. de fruct. & lit. expens. Tamen est aliqua coniectura quod etiam nõ negant prælati Doctores, & accipitur id quod potest haberi in rebus difficilis probationis. Bart. in l. in illa. in fi. ff. de uerbor. oblig. & in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de æden. & utrobique Iaf. & Iaf. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nunt. & per Felin. in c. ueniens. et secundo. col. 8. de testib. uerficu. in gl. fin. & alibi sæpe, & uide omnino Bald. ubi supra, Quomodo ꝑ probetur fructuum perceptio, & etiam quomodo probentur fructus percipiendi, esset tamẽ hæc probatio inhonesti, & rationi repugnaret quando anni præcedentes fuissent quieti, & absque bello, & annus de quo quæreretur, fuisset bello attritus, quia de similibus ad similia est arguendum, l. non possunt. ff. de legibus. cum uulga.

47 Nota tamen ꝑ circa pactum, ut fiat in casu belli & pestis debita remissio, quia uidetur per contrahentes dispositum, ut etiã fiat remissio quamuis damnus non sit intolerabile non quando modicum est da-

mmum, sed quando est exiguitas, iuxta text. in l. si uno. §. ubiunque. ff. locati. & ita Salic. in l. licet. in fi. C. loca uidentur enim recessisse à dispositione legis, uidelicet 6. uis maior. per hanc cõuentionem ab ipsis hominibus factam. l. fin. C. de pact. conuent. unde Bald. in l. nulla. circa fi. C. de iur. dot. dicit qd pacti dispositio non restringitur per legalem dispositionem, & uide optime Angel. in consilio 311. quod incipit, prout patet, colum. fin. ubi uult, ut quando super remissione mercedis cautum reperitur per pactum, dictum pactum non regatur secundum naturam contractus, iuxta dispositionem legis, est materia d. l. fin. C. de pact. conuen. an per cõuentionem hominis, &c. In qua uide glo. in l. 2. & ibi Doctores maxime Iaf. colum. 72. C. de iure emphyteu. & ponit Bald. in consilio. 329. uolum. 1. colum. fin. ubi aliter, sed concludendo dic uerbum debitum tollere omnem difficultatem nam si dixisset simpliciter (remissionem) esset dubium, & dubium faceret quod uerba deberent aliquid operari. leg. si quando. ff. de legat. 1. Sed cum dicat debitum, clarè se refert ad ius commune, nec Salic. contradicit in d. l. licet. in fi. quia loquitur ubi locator in se suscepit casum tempestatis, sed si dixisset casum tempestatis debitum, aliud fuisset, & uide quæ supra dixi, hoc eodem titulo, uerficu. sed quid si publicanus.

F I N I S.

VENETIIS apud Franciscum Senensem.  
Anno Domini. M D L X I I.

# INDEX RERVM, AC VERBORVM

MEMORABILIVM, QVAE IN TRACTA-

tibus Illustris, & Clarissimi viri D. Aegidij

Bosij continentur.



- A**bigeus qui sit. in titul. de furtis. nu. 40. fol. 170. & tit. de abigeis, nume. 1. fol. 238
- Abigeus non dicitur, qui credebatur se habere aliquod ius improprietate animalium abactorum. in titul. de abigeis nume. 2. fol. 230
- Abiurans haeresim euitat poenam mortis, non solum si abiurauerit ante condemnationem, sed etiam si post. in tit. de haeret. num. 20. fol. 131
- Abolitio dari debet, quando contra reum erant uehementia iudicij, & tortus noluit fateri, non autem absoluendus est. in titu. de sententiis, nu. 68. fol. 319
- Abolitio generalis seu remissio delictorum ad quae trahatur, & an ad eos qui sunt in carceribus. in tit. de remedijs ex sola clemetia Principis contra sententiam, num. 31. fol. 334
- Abolitionis publicae, legalis & privatae materia ubi tractetur. in tit. de accusatione, nu. 16. fol. 55
- Abortum dolo procurans punitur poena mortis, siue mater, siue tertius. in tit. de homicidio, nu. 5. fol. 149
- Absens an possit de iure communi condemnari. in tit. de fauoribus defensionis, nu. 8. fol. 263. & in titulo sequenti, de reis requirendis, nu. 1. & 2.
- Absentis persona de iure communi an possit condemnari, & quid de eius bonis. in titu. de reis requirendis & absentibus damnandis, nu. 1. fol. 264. & in ti. de fauoribus defensionis, nu. 8.
- Absentis, seu contumacis persona, an possit condemnari iugore statutorum. in titu. de reis requirendis. & absentibus damnandis, nu. 2. fol. 264. & tit. praecedenti, nu. 8.
- Absoluendo iustius peccatur quam condemnando. in tit. de delicto, nu. 23. fol. 3
- Absoluto principali non propterea mandans est absoluendus. in ti. de delicto, nu. 5 2. fol. 5
- Absoluto reo rebus stantibus, quando idem accusator possit prosequi eandem accusationem. in ti. de plurib. uolentijs, n. 115. f. 84
- Absolutoria lata in causa ciuili in qua fuit oppositum de falsitate, & peritum quoddam procederet criminaliter, & cognitum fuit, operatur ut principaliter in alio iudicio non possit agi criminaliter: secus si tantummodo exceptum fuisset ad sine repellendi. in tit. quomodo procedatur per exceptiones, nu. 19. fol. 61
- Absolutoria lata ad unum finem non obstat in eo casu ad alium. in tit. quomodo procedatur per exceptiones, nu. 20. fol. 61
- Absolutio an censetur prohibita si prohibita sit condemnatio in titu. de fauoribus defensionis, nu. 14. fol. 263
- Absolutio facta rebus stantibus, prout stant, an sit diffinitiuam, uel interlocutoriam? in tit. de sententiis, nu. 66. fol. 319
- Absolutio rebus stantibus, prout stant, fit semper quando non apparet clare de innocentia rei, in tit. de sententiis, nu. 72. fol. 319
- Absolutio diffinitiuè non fit, quando accusatus habet praesumptionem iuris contra se. in tit. de sententiis, nu. 73. fol. 319
- Absolutio in foro poenitentijs facta pro blasphemia operatur pacem, ut sibi remittatur. in tit. de pace, nu. 28. fol. 337
- Absolutus uel condemnatus per sententiam non debet amplius molestari, occasione eiusdem delicti. in tit. de sententiis, nume. 64. fol. 319
- Absolutus rebus stantibus, prout stant quod quotidie fit Mediolani: nisi clare constet de innocentia, potest molestari superuenientibus iudicijs, in ti. de sententijs, nu. 65. f. 319
- Absolutus diffinitiuè in causa criminali, criminaliter mota, quia non probatum sit delictum, non potest iterum de eo crimine accusari. in titulo de sententijs, numero. 76. fol. 319
- Absolutus, quia non probatum fuerit crimen in causa ciuilitate mota, uel quia non commissum sit crimen, an habeat exceptionem rei